

ribus aquis, & brodiis, & corporibus, lapidibus, & spiritibus
ut hanc artē preciosam, omniū nominū multiplicatione de-
vastarēt, varia quoq; regimina, & vasa descripscrūt, ut falle-
rent omnes hanc artē amicabilē inquirentes, cum non sit ne-
cessarium in hac arte, nisi una re, unitate, specificata, uno no-
mine nominata, & una actione perfici potest, sed & coque-
re, quo tempore vel quibus temporibus fieri potest. Dimitte
ergo quæ fallentes explanarunt, & sequentia tene. En Minc-
ra quoddā pingue sufficienter & habundans reperitur. Quod
dicitur pix, vel sulphur incombustibile, Kibric vel alkibric, ca-
put & pater aluminum, salium & omnium liquabilium me-
tallorum & oleum. Et primum quod emanat (scil. à pingue-
dine) ab eo est vapor, qui condensatur in aquam, quæ nō ad-
hæret tangenti, pro eo quod quoddam subtile, terreum sul-
phureū, sibi est commixtū quod eam aliquantulum inspissa-
vit. Propterea hæc aqua dicitur à Philosophis aqua sulphu-
ris, aqua munda, quæ nulli commiscetur coinquationi, spu-
tum Lunæ, solis umbra, urina, oculus, beya, lac, lachryma, ar-
bor fructifera, servus fugitivus, arg. viv. fœminum, acetum
acerimum, aqua perennis, mulier, fœmina, vulgariter dici-
tur, vi. ar. fugitivum. Dicitur etiam à Philosophis Azoth, sum-
ma humiditas, aqua permanens, quæ quando conjungitu-
cum sulphure fixo corporis, absque quain igne permanere
non potest. Præsciendum est ad majorem evidentiā doctri-
næ, quod ista commixtio videlicet aquæ omnia metalla pro-
ducit in mineram secundum diversitatem materiæ & forme,
scilicet Mercurii & sulphuris commixtio. Ipsa tamen aqua si
non effoderetur ex profunditate terræ, esset in via perfectio-
nis cuiuslibet mineralis ad tempus longum. Nota, Superius
dixit Petrus, In minera est quædam pinguedo, denotans, per
hoc medullam sulphuris fixi corporis, quod dicitur pix, vel
sulphur, & illa pinguedo, ut dicit Albertus, est in omnib. me-
tallis, & omnia metalla oriuntur ab ea. Notabile autem est
omnium maximè, quod ex hac aqua procedit est Soloma, &
Brumasar. Hic loquitur Petrus de anima extracta à Sole &
Luna, quomodo diversa habet nomina, Synonima ergo Sol
& Luna, Soloma & Brumasar, quæ nobiliora sunt inter me-
talla propter sulphur fixū in se habentia, quod extrahitur ab
ipsis per aquā p̄eallegatā, ut artifex intelligat ex quibus la-
pis philosophicus habetur, audiat Philosophos, Sol, æs Phi-
losophorū, corpus magnesiæ, corpus synneerū, corpus mun-
dū, elixir, masculus, lathon, arg. vi. fixū, sulphur incōbustibi-
le, sulphur fixum rubrum, uber, filius, sanguis rubei hominis
Kibrit